

h. III, 30.

(X204 4263)

Ye
1953

DISPUTATIO POLITICA
DE
LEGIBUS,

cum adjecta mantissa,

De
vindicatione convicii

Gaderich /

in Welschdorff / haud procul à Weida

Variscorum, observata,

quam

IN ACADEMIA LIPSIENSI,
Consentiente inclyta Facultate Philosophica,
Candidæ Eruditorum disquisitioni,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Perquam Reverendi, Amplisf. atq; Praclarisf.

DN. M. ISAACI THILONIS,
Facult. Philos. Asfess. gravissimi, Collegii

B. Mar. Virg. Collegiati spectat. & Eccl. Collegial.

S. Sebast. Magdeb. Canonici dignissimi,

Domini Affinis, Fautoris atq; Hospitis sui

maximum venerandi,

publicè submittit

CHRISTIANUS Walther / Plav. Var.

A. & R.

d. 4. Id. Junii, M DC LXXVI.

LIPSIÆ, Literis CHRISTIANI MICHAELIS.



1751
1752
1753
1754
1755
1756
1757
1758
1759
1760
1761
1762
1763
1764
1765
1766
1767
1768
1769
1770
1771
1772
1773
1774
1775
1776
1777
1778
1779
1780
1781
1782
1783
1784
1785
1786
1787
1788
1789
1790
1791
1792
1793
1794
1795
1796
1797
1798
1799
1800



Ac
fu
ge
ap
ni
co
vo
do
fu
du
re
ge
E
da
o





THESIS I.



Egis vocem à ligando ducant vel *Etymologia.*
aliunde trahant alii; nos cum Cicerone derivamus à legendo seu deligendo, quod delectûs vis in lege fit atqve sententia justî & juris colendi.

THESIS II.

Vocabulum legis variis datur significationibus: *Homonymia.*
Accipitur enim.

I. Pro dictamine naturæ, quo animalia specificas suas formas sequuntur omnia. Inq; hoc significato Legem Ulpianus & eum secutus Imperator naturale Jus appellant.

II. Pro Jure gentium seu constitutione rectæ rationis de commoditatibus & utilitatibus in societate vitæque communi necessariis. Hanc dici à se, nihil aliud intelligi volebat Cicero, cum dicebat: Imperium, sine quo nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest.

III. Pro Jure Civili, h. e. cujuscunque civitatis vel reipublicæ. Nam, si quis velit Solonis vel Draconis leges appellare jus civile Atheniense, non erraverit. Et hæc ipsa significatio nobis erit maximum spectanda.

IV. Pro Jure Justiniano, καὶ ἐξοχὴν & per ἀντονομασίαν communis pro proprio à Roma civitate civili dicto, quando videlicet non additur nomen cujus fit civitatis; sicuti cum Poëta dicitur nec additur nomen; subauditur apud Græcos egregius Homerus, apud Latinos Virgilius.

V. Pro certa Romanorum Juris scripti specie; quo sensu est, quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante, veluti Consule, constituebat.

VI. Pro pacto & conditione, ut, quando dicitur: hâc lege mit diesem Bedinge.

VII. Pro regula seu præcepto cujuscunque artis, sic regulas Jurisconsultorum ff. de verborum significatione appellare leges, contra Laurentium Vallam, Jurisconsultos frustra perstringentem, non est absurdum.

THESIS III.

Sic itaque discretis vocabuli hujus significationibus, certum est, non posse nos ea singula qualia sint in præsentis dignè explicare: Nec enim instituti nec virium nostrarum est; modo videamus legem, quatenus, sicut diximus, cujuscunque civitatis seu Reipublicæ jus denotat, & non nunquam constitutionis, quandoque statuti, aliisque nominibus promiscuè pariter atque, habito ad certam aliquam Reipublicæ formam respectu, distinctè insignitur. Scilicet est Ordinatio Juris Majestatici, in commune præcipiens, quæ facienda vel omittenda sint, ad Reipublicæ salutem.

Synonymia

Definitio.

THESIS IV.

Causa efficiens. Causa efficiens est Jus Majestatis, quod vocatur ferendarum legum, competens in Regno Regi, optimatibus in Aristocratia, in Politia populo. In Imperio Romano-

no-

no-Germanico, quod ex Regno & Aristocratia mixtum est, Imperatori, Electoribus & reliquis statibus conjunctim.

THESIS V.

Et hoc quidem universaliter verum est. Nam & Principibus, Ducibus, Comitibus & Civitatibus Imperatori & Imperio immediate subditis, quas liberas & imperiales *Frey- und Reichs-Städte* vocamus, legum condendarum exercitium tribui affatim largimur; sed non tantum: tantum enim communicatum, nec ad reservata extendendum: Hinc est, quod ipsorum Leges & Jura territorialium constitutionum, *Land-Rechte* nomen sortiantur. Hoc amplius civitates quoque municipales, quales sunt, Principibus, Ducibus & cæteris subjectæ, vulgo *Land- und Fürsten-Städte* localia sibi statuta *Wilsür* oder *Wilsör* facere possunt, quæ à Superiore approbata & confirmata legum vigorem obtinent. Quin & opificum collegia, statuta ad illorum artem & professionem pertinentia, vel ut ipsi communiter loquuntur, *Articul* cum consensu Magistratus laudabiliter condunt, & gaudent Principis confirmatione ipsis robur firmissimum tribuente.

THESIS VI.

Qui verò absq; potestate potentiam majestaticam habent, ferendarum legum Jure destituuntur: veluti Tyrannus in Tyrannide, potentiores in Oligarchia, plebs in Democratia. Et licet, quæ facere vel intermittere de facto jubent, legum nomine fuentur, re tamen ipsa, teste Cicerone, sunt quidvis potiùs, quàm leges.

THESIS VII.

Finis.

Legum finis est reipublicæ salus. Ea enim virtute sapiens legislator est, ut in legibus scribendis salutem atque utilitatem Reipublicæ sibi proponat. Huic salus civitatis suprema lex est. In corruptis verò Politis clavum tenentes de proprio commodo sunt solliciti, & injusta superbe præscribunt, ut inferiores metuant, & pœnæ formidine ipsorum nutui obtemperent.

THESIS VIII.

*Materia
ex quâ,*

Succedit materia legis, quæ triplex constituitur. Ex quâ, in quâ & circa quam: Materia ex quâ lex petitur, est ejus ratio & fundamentum, sive partim Jus naturale, quod homini dicitur, quid rectæ rationis judicio sit consentaneum, quidvé à Deo creatore summo sit præceptum vel vetitum; Partim Jus gentium, quod maximè spectat ad commoditates & utilitates in communi societate necessarias. Ex his tanquam fontibus salutares leges hauriuntur & colliguntur, inque civile forum postea introducuntur.

THESIS IX.

*in quâ,
seu
subjectum.*

Consequens est, ut videamus alteram materiam, quæ in quâ, aliter subjectum audit. Subjectum hoc sunt personæ in commune omnes, quas præscriptæ leges obligant, ut sunt subditi; Nec hi solum, sed & advenæ: Hi enim quocumque veniant, legibus illius loci se subicere tenentur: hinc *ὅπου ἔσσι καὶ ἔσσι*. Lex & Regio: *Ländlich/Sittlich.*

Si fueris Roma, Romano vivito more:

Si fueris alibi, vivito sicut ibi:

Man muß Recht finden/ nicht bringen.

THE-

THESIS X.

Imò & personæ in maiestate constitutæ legibus non nullis civilibus, (de divinis & naturalibus quidem nulli prorsus dubitamus,) obligantur. Iis videlicet, quæ fanciuntur de rebus jure divino & naturali expressè jam præceptis vel prohibitis. Hæ enim leges in conscientia obligant omnes. Illis vero, quæ constituuntur de rebus Jure divino & naturali nec præceptis nec prohibitis Princeps solutus quidem est, i. e. viribus humanis & pœnis coerceri nequit: (Quis enim auctoritatis esset tantæ, ut possit principem coarctare nolentem;) Attamen honestatis & æqvitatibus intuitu legibus suis ipse vivit, adq; imitandum exemplo suo subditos invitat, & secundum Plutarchum, καλῶς ἄγων, ἐμποιεῖ τὸ καλῶς ἔπειθε. Quo de factis eleganter Claudianus:

*In commune jubes si quid censesq; tenendum,
Primus jussa subi: tunc observantior æq; vi
Fit populus, nec ferre negat, cū viderit ipsum
Auctorem parere sibi: Componitur orbis
Regis ad exemplum, &c.*

Et Ovidius ita propemodùm canit:

*Sic agitur censura, & sic exempla parantur,
Cùm PRINCEPS, alios quod monet, ipse facit.*

THESIS XI.

Videamus nunc materiam circa quam lex versatur seu objectum, quod sunt quæ præcipiuntur facienda vel omittenda s. actiones possibiles, contingentes: Adeoq; leges de rebus necessariis, verbi causa de ascensu levis, Circum
quam
gravis-

gravisq̄ve corporis dēscensu, (quippe quæ oppidò ridiculæ forent;) non sunt ferendæ. Nec de rebus impossibilibus, v.g. de cœlum digito non attingendo, quia sic dicis gratia & incassum sancirentur.

THESIS XII.

Forma.

Forma consistit in ordinatione præcipiente aut sanctione, per quam Lex obligationis vim & auctoritatem obtinet. Sanciri autem dicitur, cum mediante promulgatione in subditorum notitiam venit. Hinc & Jure novo novæ leges per aliquot mensium spacium indulgent, quo demum finito cum effectu obligare incipiunt.

Effectus.

THESIS XIII.

Divisio.

Sunima legum divisio hæc est, quod omnes aut scriptæ sint aut non scriptæ. Et scriptæ quidem (à scriptura seu literarum exaratione, tanquam accidentali forma sic vocatæ,) sunt, quæ expressè feruntur & literarum monumentis plerumque consignatæ custodiuntur; Non scriptæ seu consuetudines dicuntur, quas usus approbat. Nam diuturni mores vel tacito legislatoris consensu, qui præsumitur si non contradicat, probati, legem imitantur.

THESIS XIV.

Sequitur legum alia divisio, qua quædam sunt fundamentales, quædam non fundamentales. Illæ ad statum Reipublicæ spectant, & ipsis Imperantibus imperandi, nec non eligendi electoribus, successoribusque succedendi modum præscribunt; Hæ verò ad subditorum gubernationem pertinent. Suntq̄ve rursus harum alia

aliæ universales, quæ extenduntur per Rempublicam universam; aliæ particulares, quarum vis & obligatio tantum ad partis alicujus in Republica incolas attinet; aliæ singulares, quæ feruntur in gratiam singulorum, & appellantur privilegia, i. e. leges ad privos s. privatos pertinentes.

THESIS XV.

Nunc transeamus ad adjuncta, quæ triplicia, *Adjuncta.* adjungenda sunt. Sunt etenim alia quæ respiciunt ad conservationem: veluti leges declaratoriae, quæ jam sancitas, si qua forte de iis dubitatio quibusdam incidit, interpretantur & quasi vacillantes fulcro sustentant. Idem ferè dicendum de collationibus præmiorum & pœnarum irrogationibus, utpote sine quibus legum vigor flaccescit & labefactatur, ut itaque *ὀν ἔπειθῃ & μὴ κείθῃ*, s. non uti lege ac legem non ferri, aut omnino non, aut certè parum differant.

THESIS XVI.

Alia legum adjuncta sunt, quibus mutantur, quod variis accidere solet modis: Derogatione, quando pars aliqua tollitur: Surrogatione, quando aliquid adjicitur: Obrogatione, ubi prioris legis parti cui-dam vel derogatur vel surrogatur. Sed istiusmodi legum mutationes cum non rarò non sint conducibiles, quin & interdum noxiæ, ideoque tutissimum est, leges, & imprimis fundamentales non nisi necessitate urgente, & suadente utilitate evidentissima, mutari.

THESIS XVII.

Ultimum legis adjunctum est abrogatio, quando
B sc.

sc. ob fonticam aliquam causam non nunquam tollitur. Ut enim Reipublicæ status vicissitudini est obnoxius, & utilitas cujus intuitu leges maximè introducuntur, non semper est eadem; ita nec eadem leges semper imperare possunt. Abrogatio tamen æq; atque mutatio cautè, rerumque circumstantiis omnibus matura consultatione ponderatis instituenda est.

Mantissa,
De
vindicatione convicii
Häderich/
in Welsdorff/ haud procul à Weida
Variscorum, observata,

§. I.

Seiderich vel Häderich/ propriè est lolium segetibus oppidò noxium, Græcis ἐρύσιμον, latinis irio dictum.

§. II.

§. II.

Quod, cùm in Welsdorff ni-
miùm undiqve dominarentur, &
mulieres incolæ evellendo illud per-
dere conarentur; à transeuntibus
ludibrio sunt habitæ, in tantum, ut
peregrè venientes petulanter cla-
marent: *Häderich / Häderich!* per-
inde quasi erysimum vendibile ali-
unde portassent & extrudendum
laudarent.

§. III.

Ex quo factum, ut vocabulum
hoc etiamnum in odio sit apud ru-
sticas illius loci, & ibidem vocife-
rando *Häderich /* mulieribus incolis
inferatur convicium.

§. IV.

Planè extraordinario & singu-
lari remedio vindicant hanc injuri-
am ipsæ mulieres, quæ in continen-

ti, aliâ fustem, aliâ sudem, aliâ ruta-
bulum aut spatham, bidentem vel
planè tridentem aliâ, aliâ aliud œco-
nomicum instrumentum apprehen-
dente, concurrunt, & conviciato-
res conjuratis viribus agitant, us-
que adeò dum se pecuniæ solutione
salvant.

§. V.

Hanc vindicandi consuetudinem
introduxit actuum frequentia, eam-
que continuus usus hætenus proba-
vit & privilegium imitari magistra-
tus non contradicendo indulfit.
Qvo jure dicti pagi mulieres, contra
Häderich ibidem vociferantes, totâ
die utuntur.



Cùm



um Cæsar Prætorq; silent
& Baldus & Azo,
LEX, dubii Juris regula
sola cluēt.

Hanc TuA describit WALTHERE,
heic pagina docta,
Quæ ejus naturam cum ratione
docet.

Perge, & post Themidis studium,
conjuges; labores
Pensabunt quondam præmia
grata Tuos.

animò gratulab.

facieb.

M. A. Rechenberg /
Fac. Philosoph. h. t.
Decanus.

B 3

Phar-

P Harmaca sunt Leges, quæ se Res-publi-
ca munit,
Et velut antido:is noxia quæq; fugat;
Qualia dum docto exponis medicamina
scripto,
Non - medicum Medicum Patriæ,
AMICE, dabis.

Paucula hæc boni ominis ergò in
honorem Eruditissimi Dn. Re-
spondentis, Affinis atq; Confa-
lini sui longè svavissimi, gratu-
labundus adjecit affectu
prolixissimo

PRÆSES.

Quod Te sæpè jubet vigiles traducere
noctes,
E sophies cathedra disseruisse juvat.
Scilicet horrisonos enarrat navita ventos,
Æqvore jactatas commemoratq; rates.
Te quoque non piguit, qui vasta volumina
legum
Excutis, Eunomiæ dicere Jura tuæ.

Maçte

Maeste tua virtute fies! jam nectit ad aram
Alma Themis flores, dona parata Tibi.

f.
Johann George Meurer/
J. U. Cult.

Quem Libitina suis nunc nuper legibus
anxit,
Leges in Cathedra non sine laude
sonat.

Enthea sic Pietas Libitinæ extendere leges
Sanguineas sancto pectore sæpè potest!

*Honoratissimo Dn. Respondenti, Amico
& Conterraneo optimo,
ponebat*

Johannes Friderici,
SS. Theol. Studiosus.

Quæ vis corruptos stringat, Doctissime,
mores,
Quæque sient publicæ vincula firma
Rei,

Docto-

QKye 1953

*Doctorem exponis toto applaudente senatu.
Publica nempe salus lex tibi summa fuit.*

Præstantiff. Dn. Resp. Amico
æstimatissimo

Theodorus Zeißner |
SS, Theol. Studiosus.

F I N I S.



Johannes Friderici
SS, Theol. Studiosus

Quædam sunt publica vincula
Reipublicæ
Docto-

1001

M.R.



h. III, 30.

DIS
LE

cum

vi

in Welfe

IN AC
Consentien
Can

Perquam


DN. M. IS
Facult. Phil

B. Mar. Virg.
S. Seba

Domini

CHRIS

LIPSIÆ



263)

A
S,

BIBLIOTHEK
PONICKAWIA

Seida

SI,
phica,

clarisf.
ONIS,
Collegii
collegial.

sui

S.

Ye
1953

